BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIᴱ SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	[3 nov.]1662	II	153
LE BOUTHILLIER (François)	Théologie	[13 fév.]1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	[8] mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	[5 septembre] 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND (Fr.Guillaume)	Théologie	[10 jan.1662]	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER (René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	[29] sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	[7 juin]1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSÉ (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190
MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	[11]avr. 1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	THéélogie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNÉ (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	[8]août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	[16]août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	[16]avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	[14 nov]1669	II	216
NOÜET (Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART (Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES (Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES (Louis)	Philosophie	lerJuil.1657	II	229
PIETRE (Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	[23 fév]1662	II	232
PISTEL (Maurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233
POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ (René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL (John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	[30]août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	[11]oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	[30]déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	ler fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE (Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	[4]janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	[23]fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	ler fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	[3]févr.1661	II	263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	[31]déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOOoo--

1158445551

INCARNATIONIS Myſterium, cuius poſſibilitatem ſicut ratio naturalis euertere non poteſt, ſic nec valet vllatenus demonſtrare. Iudæis fuit ſcandalum, gentibus ſtultitia, Deum carnem mortalem & infirmam aſſumere & naſci ex fœmina; diuinæ tamen ſapientiæ conuenientiſſimum fuit, homini vtiliſſimum, toti mundo congruum. Incarnationem abſolutè neceſſariam nemo dixerit, nequidem ex hypotheſi peccati, & reparationis: non alius enim modus Deo deerat quo redimeret genus humanum; ſed conuenientior excogitari non poterat. Peractum eſſe hoc Myſterium negarunt quidam hæretici, etiamnum pertinaciter negant Iudæi, efficaciter probant Catholici contra illos toto nouo Teſtamento, aduerſus Iudæos verò vaticinijs Prophetarum, ac præſertim Patriarchæ Iacobi jamjam morituri Prophetiâ: *Non auferetur ſceptrum de Iuda &c.* Vbi vox Iuda, non ad totam Iudæorum gentem extendi debet, ſed ad tribum Iuda ſpecialiter pertinet. In ea ſi per ſceptrum intelligas poteſtatem regiam aut ducalem, nodi pluſquam gordij tibi ſoluendi ſunt: aptius, & facilius, ſi intelligas per ſceptrum regiam aut quamlibet politicam poteſtatem, quàm è tribu Iuda, & etiam è tota gente ſuſtulit Herodes Rex alienigena Idumæus, & Aſcalonita Romanis annuentibus ſceptrum adeptus. Illud etiam oſtendit vaticinium Danielis 9. *ſeptuaginta Hebdomades abbreuiatæ ſunt &c.* Hebdomades annorum quas ita numeres, vt annos efficiant 490. Non Lunares, ſed Solares; quorum primus fuit ſeptimus Artaxerxis longimani; confirmauit autem pactum vltima Hebdomada, in cuius medio defecit Hoſtia, & ſacrificium, Chriſtus in cruce paſſus.

PVRVS homo qui ad peccandũ fuerat validior, ad offenſã prout par erat reparandã erat debilior, neq; enim ex propriis, neq; ex condigno, ſeu ad æquiualẽs pro humano genere, aut pro peccato mortali poterat ſatisfacere quantãcunq; gratiâ foret ornatus; quantâ ergo miſericordiâ Deus quando imparem hominẽ ad ſatisfaciendum prænidit, alium prouidit, qui deleret quod aduerſum nos erat Chirographũ peccati, & ad ſummos juris apices pro nobis ſatisfaceret, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui omnia debita noſtra perſoluit, & gratia nihil ipſi penitùs remiſit; ipſius tamen ſatisfactionem ne ideò putes eſſe ex juſtitiâ ſtrictè ſumptâ, ipſius enim ſatisfactoni defuit debitum ſtrictè ſumptum. Chriſtus in plenitudine temporum nos redemit, tantùm enim bonum nec ſtatim poſt peccatum conferre, nec vſque ad finem mundi voluit differre; ſed quibus debitum damnationis ſupplicium aut iuſtè reddere, aut gratis condonare poterat; hos maluit opportuno tempore ſaluare, in ſimilitudinem carnis peccati factus, vt deſtrueret Corpus peccati tum originalis tum actualis, principalius tamen ob peccatum originale; cùm poſito ſolo actuali peccato probabile ſit Chriſtum non venturum. Veniſſet ne ſecundus Adam, ſi primus non peccaſſet? non opinor. Quem enim habuimus ſalutis authorem, ſublato peccato non habuiſſemus veritatis doctorem.

PRÆDICAMVS ſapientiam abſconditam, Deus homo factus eſt realiter, & perſonaliter, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ; apage jtaque impia Neſtorij, & Eutychetis dogmata, quorum primus duas in Chriſto pro duplici natura perſonas impiè prædicauit, & beatiſſimam Virginem non eſſe Deiparam, ſed Chriſtiparam, & hominiparam, ore ſacrilego ſibilauit: Eutyches verò nimio errandi metu perculſus, ne duas in Chriſto perſonas cum Neſtorio admitteret, duas naturas poſt vnionem negauit. Hos meritò proſcripſit Eccleſia in Conciliis Epheſino, & Chalcedonenſi. Vnio jtaque naturarum facta eſt ſecundum ſuppoſitum, ſeu hypoſtaſim, & ideò ſubſtantialis eſt. Eſt quid realiter extremis ſuperadditum, ſicut & illa quæ inter Corpus & animam intercedit, videlicet eſt modus ſubſtantialis tranſcendenter relatiuus. Vnio iſta eſt opus gratiæ. Hanc ſanctiſſimi Patriarchæ nequidem de congruo meruerunt, jmò nec mereri potuerunt. Beatiſſima Virgo Maternitatis titulo donata fuit & ob excellentem humilitatem, & caſtitatem præcæteris electa fuit, eam tamen non meruit propriè. Ipſa ſicut & alij aliquas quidem Incarnationis circumſtantias mereri potuit ſubſtantiam tamen nulli meruerunt. Subſiſtentia eſt vltimus terminus, & vltimum naturæ ſubſtantialis complementum modaliter ipſi adueniens vi cuius natura incommunicabiliter exiſtit. Subſiſtentiæ aliæ totales ſunt, aliæ partiales, aliæ abſolutæ, aliæ relatiuæ, hæ ſoli Deo propriæ, illæ creaturis competunt. Subſiſtentia ſi ſit naturæ rationalis dicitur perſona.

PERSONAM diuinam poſſe naturam creatam aſſumere fide certum eſt. Etiam quælibet perſona ſine alijs naturam aſſumere poteſt in ratione termini, non in ratione principij. Tres perſonas diuinas aſſumere poſſe eandem naturam creatam quid vetat? quælibet ex tribus perſonis naturam humanam aſſumere potuit, conuenientius tamen fuit vt ea quæ media eſt inter Patrem & ſpiritum ſanctum, eadem foret Dei & hominum mediatrix. Poterat verbum diuinum quamlibet naturam creatam aſſumere etiam irrationalem. Angelos non apprehendit ſed ſemen Abrahæ, ſemen Adæ apprehendit. Et certè conuenientius erat vt abea natura quam priùs vicerat Dæmon ab eadem vinceretur. Carnem apparentem & phantaſticam Chriſto tribuebat Marcion, ſpiritalem, ac cæleſtem Valentinus, Veram & terrenam, ideſt mortalem & ejuſdem cum noſtra rationis propugnant Catholici. Corpus aſſumpſit paſſibile ita vt famen, ſitim, dolores, vulnera ſentire potuerit, & de facto ſenſerit: hac in re durius quidem loquitur ſanctus Hilarius non ita tamen vt non poſſit exponi. Corpus Domini fuiſſe deforme nec ſcripturæ conuincit authoritas, nec ſenſus primitiuæ Eccleſiæ; non video cur locus Iſayæ 53. *non erat ſpecies, neque decor, vidimus eum & non erat aſpectus* de natiua corporis deformitate debeat explicari, & ad tempus paſſionis referri nequeat: propugno Saluatorem noſtrum eam habuiſſe formam, non quæ molle aliquid aut effæminatum ſpiraret, ſed quæ virum deceret. Non ſolum partes eſſentiales corporis aſſumpſit, ſed & quaſlibet neceſſarias ad ipſius integritatem, perfectionem, & ornamentum, & proinde ſanguinem tum primigenium tum alimentitium, ſicut & alios humores, pilos, capillos, vngues. Totum ſanguinem in paſſione effuſum, in reſurrectione reſumptum, adeò vt nullæ nobis venerandæ remanſerint particulæ non puto.

ANIMAM rationalem in Chriſto negabat Apollinaris. Origenes animam rationalem, ſed ab initio mundi creatam, & à verbo priuſquàm carni vniretur reali duratione aſſumptam docuit; contra vtrumque docet Eccleſia Chriſtum aſſumpſiſſe, animam rationalem & eam ſimul cum carne aſſumpſiſſe. Præter ſcientiam diuinam fuiſſe in Chriſto ſcientiam creatam nemo Catholicus inficiabitur. Ea ſcientia vſum ab inſtanti Conceptionis Chriſtum fuiſſe Impiè negarunt gnoſtici & Valentiniani, quorum primi Chriſtum vſu rationis in infantiâ deſtitutum ſomniarunt, Valentiniani autem animi infirmitatem & ignorantiam quæ in cæteris pueris deprehenditur, in Chriſto paruulo fuerunt commentiti: cum è contra plenum veritatis, & ſcientiæ ab inſtanti conceptionis contendunt Catholici. Hæc ſcientia non ſolùm actualis fuit, ſed etiam habitualis. Multiplex fuit in Chriſto beatifica, infuſa perſe, acquiſita & experimentalis. Per ſcientiam beatificam eſſentiam diuinam vidit, non comprehendit: omnia quæ ad eius ſtatum pertinent purâ in aliqua nec differentiâ temporis exiſtentia vidit & aliqua poſſibilia, non omnia, jmò nec potuit. Quælibet ignorantia à Chriſto abfuit. Sicut duplex intellectus, ità & duplex voluntas, & diuerſa vtriuſque actio admittenda eſt, hoc negarunt Monothelitæ, qui in Synodo Romana ſub Martino & in 6. Generali ſub Agathone proſcripti ſunt, & damnati nominatim ipſorum anteſignani inter quos occurrit Honorii ſummi Pontificis nomen. Acta Concilij adulterata fuiſſe minimè crediderim, ne tamen ideò Honorium dixeris hæreticum.

REPLEVIT Dominus Chriſtum Spiritu ſancto, ſpiritu ſapientiæ, timoris, & reliquis chariſmatum donis, item gratiis quas vocant gratis datas. Virtutes morales habuit, ſpes & fides ab eo exularunt, non charitas. Gratiæ habitualis habuit plenitudinem, tàm intenſiuam quàm extenſiuam, non Phyſicè, ſed moraliter infinitam, adeò tamen vt abſolutè poſſet augeri. Gratia hæc licet eſt ejuſdem ſpeciei cum noſtra, Chriſtum tamen non conſtituit filium adoptiuum nequidem ſecundum humanitatem, vt olim docuerunt felix, & Elipandus, quos hac de causâ meritò damnauit Eccleſia. Filius eſt non ſeruus. Conſtituit illum Dominus caput ſupra Eccleſiam, & ſupra omnem poteſtatem, & dominationem. Data eſt illi poteſtas in cœlo, & in terra, non tamen omnipotentia. Ejus verbo ſanabantur ægroti, tot patrauit miracula, vt nemo tot patrauerit, ad quæ ejus humanitas, vt inſtrumentum Phyſicum concurrebat. Nullum in eo fuit peccatum, imò nec eſſe potuit: non fuit in eo fomes. Fuit liber & de facto meritus eſt. Sacerdos fuit ſecundùm ordinem Melchiſedech. Ipſius humanitas ſimul cum diuinitate adoranda eſt cultu, latriæ. Latriæ cultus veræ Cruci, ſicut & cæteris paſſionis inſtrumentis debetur, necnon veræ Crucis imagini. Dei, Chriſti, & ſanctorum imagines ſculpi, pingi, & in templis collocari, extra hiſtoriam vtiles eſſe, ſicut & reliquias coli debere propugno. Imagines primis quingentis annis in templis non fuiſſe poſitas merum hæreticorum mendacium. Hunc cultum imaginum impugnauere vigilantius, & Iconoclaſtæ, qui damnati ſunt in Concilio Romano ſub Gregorio Secundo, deinde in vniuerſali Nicæno ſub Adriano Primo; nec nocet Synodus Franco-fordienſis, quæ cultum imaginum non quem ſtatuerat Synodus Nicæna; ſed quem in ea ſtabilitum putabat, repudiauit.

ANGELORVM exiſtentiam fides docet, ſuadet ratio, non demonſtrat. Sunt penitus incorporei, intrinſecè incorruptibiles, à Deo fuerunt omnes conditi, nulli enim ab aliis propagatione producti. Non ſunt ab æterno, imò nec ab æterno eſſe potuerunt, vtrum autem ante mundum corporeum fuerint conditi nec ne, Patres diſſentiunt, probabilius eſt ipſos poſt cœlum ſtatim fuiſſe productos; in aëre? non crediderim, potiùs in cœlo, non quidem Empyreo, ſed in inferiori cœlo. Non ſunt omnes eiuſdem ſpeciei, & probabiliſſimum eſt non omnes eſſe diuerſæ ſpeciei. Eorum numerus maximus eſt, penitus incertus, ſi cum hominibus conferantur, ipſorum quàm hominum longè amplior eſt numerus, non tamen infinitus. Vera corpora poſſunt aſſumere, ſed in ipſis opera ſecundum ſubſtantiam vitalia non poſſunt exercere. Sunt in loco per ſubſtantiam, non per operationem, ſiue tranſeuntem, ſiue immanentem, ſed per vbi Angelicum, quod eſt accidens ſpiritale. Non poſſunt eſſe, & nullibi eſſe. Non ſunt vbique, ſed in loco determinato, tamen in loco tum adæquato tum inadæquato, etiam in puncto loci, ſi detur, ſeſe conſtituere poſſunt. Localiter mouentur non tamen impertranſito medio. Eos in inſtanti temporis ab vno loco in alium transferri poſſe non credo. Præditi ſunt intellectu, non ſenſitiuâ cognitione, nec intellectu quem vocant poſſibilem. Ad propriæ ſubſtantiæ cognitionem non indigent ſpecie ſicut & rerum, quæ ad ipſos pertinent: ad alia verò objecta cognoſcenda vtuntur ſpeciebus à Deo inditis, non ab objectis procedentibus.

FVTVRA contingentia, & liberas mentis cogitationes ante conſenſum conjicere poſſunt, tantum vnde dæmones ſuis reſponſis & oraculis incautos illudunt. Nullũ eſt obiectum à cuius cognitione non poſſint abſtinere, non tamen ab omni cognitione ceſſant. Capaces ſunt ſocietatis & ſuos conceptus poſſunt ſibi inuicem manifeſtare, ſeu vt aiunt inter ſe loqui, & de facto loquuntur; quæ locutio fit manifeſtatione conceptuum mediante eorum voluntariâ directione à ſpeciebus à Deo impreſſis audienti. Inferiores a ſuperioribus illuminantur. Circa res naturales proprie non diſcurrit Angelus, cum autem circa res ſupernaturales, tum quoad ſubſtantiam tum quoad modum, diſcurrere poſſe nihil vetat. Creati non fuerunt beati ſed in gratia ſanctificante, quam cum cæteris donis ſupernaturalibus Deus ſtatim gratis ipſis omnibus largitus eſt tanquam ſemen beatitatis, quam præcedente vno actu meriti adepti ſunt, qui in gratia ſteterunt. In beatitudine proficere non poſſunt, nec ab ipſa excidere, etenim peccare non poſſunt. Ipſis gratia & gloria conceſſa fuit ſecundum quantitatem perfectionum naturalium. Præter intellectum inſtructi ſunt Angeli, & voluntate, in ipſis occurrit liberum arbitrium, non autem vis iraſcibilis & concupiſcibilis. Angeli ſe ipſos diligunt dilectione naturali, & electiuâ; vtràque diligunt & alios, quid ni ſicut ſe ipſos: quin etiam Deum naturaliter diligunt pluſquam ſe ipſos, à quolibet actu tam diſtributiuè quàm collectiuè poteſt Angelorum voluntas feriari.

VOLVNTAS ipſorum non eſt adeò tenax propoſiti vt in ſuis decretis ſint immobiles. Licet ſecundum ſua naturalia, ſint valde perfecti, non tamen impeccabiles, imò nec eſſe poſſunt: repugnat enim creatura naturaliter impeccabilis, cum hoc ſit ſpeciale Dei priuilegium. De facto permulti peccauerunt, & per peccatum non à naturâ mali facti ſunt: non primo ſuæ creationis inſtanti, cur autem primo illo inſtanti peccare non potuiſſent non video. In propriæ contemplatione excellentiæ ſuperbia elati voluerunt eſſe ſimiles altiſſimo: non quod ſimilitudinem in natura cum Deo appetierint, non quod naturæ humanæ vnionem hypoſtaticam cum verbo inuiderint, nec quod beatitudinem independenter à Deo, vel ex propriis viribus inefficaciter appetierint, ſed quod Deo debitè ſubeſſe voluerint, & inferioribus rebus indebitè præeſſe. Primus inter omnes fuit primus inter præuaricatores, qui aliis cauſa fuit peccandi, & etiamnum homines allicit & inducit in peccatum Angelis bonis mandata eſt cura populorum. Ipſis etiam commiſſa eſt cuſtodia hominum, non ſolùm fidelium, ſed quorumlibet, & quidem ab ortu natiuitatis. Beatiſſimam virginem ab hoc numero excipiendam non cenſeo, ſed ſolum Chriſtum. Poſt lapſum Angelis malis præcluſa omnis reſipiſcendi via. Miris ſed veris torquentur modis ab igne, vtrum Phyſicè an moraliter tantum? primum vt patrum ſenſui conformius propugno. In æternum miſeri torquebuntur ſicut & homines damnati, nec exiſtimo mitiora ipſis irrogari ſupplicia ſtatis diebus, nequidem eo die, quo completum eſt, *Myſterium abſconditum.*

Has Theſes, Deo duce & auſpice Deiparâ, tueri conabitur ANTONIVS PERIER *ſubdiaconus Pariſinus Baccalaureus Theologus, Socius Sorbonicus. Die Sabbati 9. Septembris ann. 1662. A ſexta matutinâ ad ſextam veſpertinam.*

IN SORBONA.

PRO DECIMA SEPTIMA SORBONICA.